

Titulorum, id procedit, etiamsi Cardinales inibi non resideant, quia « residentia rigoroſa non requiritur (ut ait Card. Petr. in Comment. ad Const. 2. Honorii III. sect. unic. n. 32.); sed sufficit ut sit in Urbe, dum non omnes Ecclesie Cardinalium Titularium habent contiguas habitationes, et vere nititur

SUMMARJUM.

1. Carnibus vesci in monasteriis Carthusiensibus est omnibus interdictum. — 2. Carnium esus si cui concedatur tempore jejunii, quænam observari debeat. — 3. Carnes comedi nequeunt in vespertina refectiuicula tempore jejunii. — 4. Carnium esus prohibetur Latinis in Græcorum famulatu degenti-

(1. Carnibus vesci in Monasteriis Carthusiensibus est omnibus interdictum. Superioribus enim et Monachis ejusdem Ordinis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Romano Pontifici reservatæ interdicuntur, ne cuiusque personæ etiam Cardinali, in Monasteriis dicti Ordinis carnibus vesci permittant. Clemens XI. *Constitution. 50. incip. Ex injuncto Nobis.*

(2. Carnium esus, si cui concedatur tempore jejunii, is servare debet leges præscriptas de unica comestione, de non permiscendis epulis, de hora refectiois, et aliis declaratis a Benedicto XIV. *tom. 1. Const. 99. incip. Si Fratritas § 1.* (3. Carnes comedi nequeunt in vespertina refectiuicula tempore jejunii. Idem *ib.* Vide verb. *Jejunium, art. 1. n. 35.* ubi afferuntur plura ad rem.

(4. Carnium esus die Sabbati prohibetur Latinis in Græcorum famulatu degentibus. Idem *Const. 57. incip. Etsi § 9. n. 9.* (5. Carnium esus die Sabbati per annum permittitur in Regnis Castellæ, Legionis, et Indiarum. Idem *Constit. 118. incip. Jam pridem.*

(6. Carnisprivium, ita dictum tempus ante Quadragesimam, quo scilicet Ecclesiastici, et Religiosi a carnibus abstinere incipiebant. Idem *tom. 2. Constit. 43. incip. Inter cætera.*

CASTITAS.

Vide verb. *VOTUM, art. 2, a n. 137. usque in finem.*

CASUS FORTUITUS.

Vide verb. *COMM DATUM, num. 16.*

CASUS RESERVATI.

Vide verb. *RESERVATIO casuum.*

CATECHUMENI.

SUMMARJUM.

ARTICULUS EX EDITONE BARBIELLINIANA.

1. Catechumeni unde dicti. — 2. Tres eorum gradus. — 3. Audientes, qui et quare ita dicti. — 4. Secundus Catechumenorum gradus. — 5. Tertius

(1. Catechumeni a Græco verbo *κατηχῆν*, quod est alienjus sive scientiæ, sive artis primi rudimentis quempiam viva voce instituire, nomen sumpserunt; quod scilicet mysteria fidei vivæ vocis ministerio doceantur; unde et a Tertulliano *de pœnit. c. 6.*

hæc resolutio non solum consuetudini, sed etiam rationi, quia si Canonici sepeliri debent in Cathedrali, et Laicus in sepulcro Majorum, ob præsumptam eorum voluntatem etiam non facta electione, eo magis hæc præsumpta voluntas est in Cardinali ratione suæ Ecclesie titularis. »

CARO.

bus. — 5. Carnium esus diebus Sabbati per annum permittitur in regnis Castellæ, Legionis et Indiarum. — 6. Carnisprivium unde dictum. — 7. Abusum comedendi carnes Dominica prima Quadragesimæ, spectacula, ludosque publicos diebus festis fieri solitos extirpavit S. Carolus Borromæus ab Ecclesia Mediolanensi. — 8. Alia ad rem. *Remissive.*

(7. Abusum comedendi carnes Dominica prima Quadragesimæ, Spectacula, ludosque publicos diebus Festis fieri solitos, ab Ecclesia Mediolanensi extirpavit S. Carolus Borromæus saluberrimis suis Constitutionibus, quas impugnant, eorumque Auctorem Carolum veluti Novatorem palam, et publice traducetes, ad Gregorium XIII, tunc Summum Pontificem, Legati Romam perrexerunt a Mediolanensi Magistratu, instigante Civitatis Governatore, missi, ut in eadem Decreta apud Pontificem intercederent; qui Pontifex commissa causa nonnullorum Cardinalium Congregationi, auditisque variis Theologis, et Canonistis, ac spretis aliquorum Theologorum contrariis suffragiis, Caroli Archiepiscopi Edicta suis Apostolicis Litteris confirmavit, et Mediolanenses Legati, qui a Romanis per jocum appellabantur *Oratores Bacchanalium*, eo quod præcipue illuc accessissent, ut Bacchanalium jura tuerentur, et ampliarent, inanes in patriam remearunt. Sic expresse Bened. XIV. *de Synodo Diœcesana lib. 7. c. 54. a n. 3. ad 9.* ex pluribus ibi adductis.

(8. Alia ad rem, quoad carnium esum, vide verb. *Abstinentia n. 1. et 8. verb. Jejunium. art. 1. n. 8. et seq. ac verb. Lex, art. 3. a n. 21. ad 35.*

tur, et in publicos Christianorum cœtus admissi concionibus, atque instructionibus intererant; dicti propterea *audientes*, quod Pastores de fidei mysteriis disserentes audirent, licet nondum nomen suum Catechumenorum albo inscribendum dedissent. Ex conventibus tamen sacrificii tempore, cum ethnicis et pœnitentibus ejiciebantur.

(4. Secundus Catechumenorum gradus illorum erat, qui Ecclesie nomen dederant; super iisque genuflexis preces et orationes pronuntiabantur. Hi proprie *Catechumeni* dicebantur, iique intelligebantur, cum in Synaxi Diaconus alta voce diceret: *Quicumque Catechumeni discedite.* Priores enim sine ullo peculiari edicto pellebantur.

(5. Tertius erat competentium, seu electorum gradus, qui scilicet quadragesimali tantum tempore, aut paulo ante Pentecostem post diligens septem scrutiniis de eorum moribus examen ad *gratiam Christi in baptisinate percipiendam festinabant*, ut ait S. Isidorus Hispalensis *lib. 2. de Eccles. Offic. cap. 21.*

(6. Vario apud varias Ecclesias temporis spatio Catechumenatus definitus fuit; sed tandem tempus illud ad octodecim dies fuit contractum. Confer Morinum *de expiatione Catechumenorum*, Chardonium in historia Sacramentorum, et Selvaggiu *Antiquitat. Christian. lib. 1. p. 2. cap. 17 et 19.*

ADDITIONES CASINENSES.

(7. Vidimus jam in *art. Arcani Disciplina* Catechumenis non omnia Religionis nostræ mysteria tradita fuisse; et hic solum addendum censuimus, eos etiam a sacrificio Missæ exclusos fuisse. Scriptores enim Ecclesiastici tradunt, eos tantum præsentibus fuisse ad ini-

SUMMARJUM.

1. Cathedricum quando introductum, et quid sit. — 2. Quare dicatur Cathedricum. — 3. Quandoque appellatur etiam *Synodaticum*, et quare. — 4. Quid nomine Soliidi intelligatur. — 5. Duo solidi pro Cathedricum solvendi sunt juxta æstimationem illius monetæ, quæ antiquitus, et ab initio solvi consuevit, nisi circa solutionem minoris, vel majoris monetæ, quæ modo est in usu, fuerit præscriptum. — 6. Quantitas usualis duorum solidorum pro Cathedricum solvendorum reducitur ad æstimationem duorum ducatorum in regno Neapolitano, alibi autem duorum scutorum monetæ usualis loci. — 7. Verum hæc reductio, seu æstimatio, erit sequenda quando non constat in præteritum in minori summa non fuisse solutum. Nam si constaret ab antecessore fuisse exactum in minori quantitate, tunc in hoc minori summa esset solvendum. — 8. Quantitas enim Cathedrici debet semper taxari juxta morem regionis rationabilem. — 9. Et si mos non adsit, a viciniori cathedra, vel provincia erit desumenda, et juxta valorem, et æstimationem solidi antiqui. — 10. Cathedricum est de juribus episcopalibus, et adeo privilegiatum, ut in totum præscribi non possit. — 11. Et licet videretur, quod per immemorabilem consuetudinem posset præscribi juxta declarationem olim emanatam a Sacra Congreg. Conc. 5 Decemb. 1645, in una Albinganensi. — 12. Nihilominus eadem Sacra Congregatio die 6 Jun. 1695, in una Lavelnensi, et die 26 Februar. 1707, in una Amalphitana respondit, debere solvi Episcopo Cathedricum non obstante consuetudine etiam immemorabili in con-

tium Missæ, et lecto Evangelio et Sermonem habito discessisse, unde hæc pars Missæ appellatur *Missa Catechumenorum*; Diaconus Catechumenis aliisque edicebat, ut abirent. Velustioribus temporibus dimissio Evangelii lectionem præcedebat. Sed Conc. Arausicanum I. sub Leone I. c. 18. statuit, ut Evangelium post Epistolam et ante Catechumenorum dimissionem legeretur, quod confirmavit Concilium Valentinum in Hispania c. 1. tit. 2. ibi: *quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi vel Sermones Sacerdotis non solum fideles, sed etiam Catechumeni, et Pœnitentes, et omnes qui ex diverso sunt, audire licitum habeant.*

(8. Catechumeni olim non recipiebantur ad baptismum nisi post multum temporis. Nam consentaneum omnino non erat, ut qui Christiano lacte nondum erant nutriti, cœlesti pane reficerentur, vixque fidei nomen agnoscentes, fidelium catalogo adscriberentur, alioquin haud parum timendum fuisset, ne corrupti ab hæreticis aut gentilibus Christianæ religionis mysteria ludibrio ac derisioni infidelium exponerent. Martene *de ant. Eccles. Ritibus. l. 1. c. 1. art. 6. et Conc. Constantinopol. I. c. 7. curamus*, inquit, *ut longo tempore versentur in Ecclesiis et audiant Scripturas, et tum eos baptizamus.*

9. Quamdiu vero duraret illa probatio, nequaquam exprimit, sed totum prudentiæ ac discretioni Episcoporum aut Presbyterorum relinquit, ut sicut varia ingenia, religionis ac pietatis desiderium postulabant, eos sacris undis intingerent

10. Vide verb. *Sepultura n. 172. et Append. ad v. Sepultura, v. Vestis n. 18. ac verb. Hæreticus n. 11, ac verb. Arcani Disciplina.*

CATHEDRATICUM.

trarium; ad n. 14. — 15. Cathedricum non est sublatum a Concilio Tridentino. Non tamen solvi debet in visitatione, sed extra, et in synodi celebratione. — 16. Ad Cathedricum solvendum tenentur de jure omnes Ecclesie sæculares. — 17. Hoc autem intelligendum est de Ecclesiis, et clericis intulatis, et beneficiatis, a quibus solummodo potest exigi Cathedricum. — 18. Non autem potest exigi a clericis, seu presbyteris non beneficiatis, etiamsi in præteritum solvissent. — 19. Solvi tamen debet a seminario pro beneficiis unitis. — 20. Regulares vero non tenentur solvere Cathedricum pro monasteriis et eorum Ecclesiis regularibus, ubi ipsi resident, et divina peragunt, et quæ monasteriis ipsorum contigua, seu immediate penes ipsa existunt. — 21. Pro Ecclesiis tamen, beneficiis, capellis et parochiis sæcularibus, quibus regulares præsent, Cathedricum solvere Episcopo tenentur, etiamsi monasteriis, aut eorum Ecclesiis pleno jure sint incorporate; ad n. 22. — 25. Ad Cathedrici, et synodatici tamen solutionem non tenentur, neque compelli possunt fratres S. Joannis Hierosolymitani, sive eorum Vicarii in parochialibus religioni prædictæ unitis. — 24. Ad complementum adducitur hic id, quod de Cathedricum fuit novissime in Concilio Romano celebrato anno 1725, a Benedicto XIII sancitum. — 25-28. Decreta S. Congregat. super Cathedricum. — 29. Primis Ecclesie sæculis Cathedrici præstatio consuetudini potius quam legi innitebatur. — 30. Synodus Bracharensis prima hanc legem tulit. — 31. Quæ præstatio deinde fuit præscripta in tota Ecclesia ab Honorio III. —

32-53. Ex decreto dictæ synodi capitula dumtaxat, et Ecclesiæ parochiales Cathedralicum solvere tenebantur; sed postea ab omnibus quibuscumque capellis, et beneficiis ecclesiasticis solvendum esse

(1. Cathedralicum, quod fuit introductum ex Concil. Bracharensi II. ut refertur in cap. *Placuit* 1. caus. 10. qu. 3. est annua exactio duorum Solidorum, quos a qualibet Ecclesiæ suæ Diocesis, præterquam a Monasteriis, potest Episcopus annualim exigere; cap. *Illud te* 4. cap. *Inter cætera* 8. et cap. *Illud magnitudinem* 10. caus. 10. quæst. 3. et cap. *Conquerente* 16. de Offic. Ordinar. (2. Dicitur autem Cathedralicum, quia datur propter honorem Cathedræ Episcopalis, et in signum subjectionis ad ipsam Ecclesiam Cathedralicam, cui præest Episcopus; cap. *Placuit* 1. caus. 10. quæst. 3. (3. Quandoque etiam appellatur *Synodaticum*, quia solvitur in Synodo; cap. *Olim* 20. de censib. Glossa in d. cap. *Conquerente*, vers. duos solidos, de Offic. Ordinar. (4. Nomine Solidi intelligitur aureus, ut nota Glossa 1. in cap. *Placuit* 1. caus. 10. q. 3; nam et Lex civilis pro solidis aureis intelligit, et antiquitus septuaginta duo solidi unam libram auri constituiebant; ut leg. *Quotiescumque*, et ibi Glossa et Bartol. C. de Susceptoribus; et Ancharan. lib. 10. Unde ad illam æstimationem solvendi essent, nisi obstaret consuetudo. Fagnan. in cap. *Conquerente* 16. de Offic. Ord. num. 47. Hodie vero nonaginta sex aurei constituunt unam libram, ut per Abbat. in d. cap. *Conquerente* num. 6. et Fagnan. *ibid.* num. 47. (5. Duo autem solidi pro Cathedralico solvendi sunt juxta æstimationem illius Monetæ, quæ antiquitus, et ab initio solvi consuevit, nisi circa solutionem minoris, vel majoris Monetæ, quæ modo est in usu, sit præscriptum; ut in dict. cap. cum olim 20. de censibus; et cum Glossa sentiunt in dict. cap. *Conquerente* 16. de Offic. Ord. Hostiens. n. 12. in fin. Joann. Andreas n. 39. Butr. num. 43. Abbas n. 6. Fagnan. num. 46. (6. Quantitas vero usualis duorum solidorum pro Cathedralico solvendorum juxta cap. *Conquerente* 16. de Offic. Ord. reducitur ad æstimationem duorum Ducatorum in Regno Neapolitano, ut declaravit Cardinalis Ursinus (qui fuit ex post Pontifex sub nomine Benedicti XIII.) in sua Synodo Beneventano anno 1687. cap. 14. de Cathedralico; et in Edicto 6. *ibid.* registrato pag. 19. (7. Alibi autem duorum Scutorum monetæ usualis loci, ut in eodem Edicto § 10. auctoritate probatur. Verum hæc reductio, seu æstimatio erit sequenda, quando non constet in præteritum in minori Summa non fuisse solutum. Nam si constaret fuisse ab Antecessore exactum in minore quantitate, tunc in hac minori summa esset solvendum, ut Sac. Cong. Conc. declaravit in *Amalphytana* 5 Septembr. 1705 in qua ad rationem Carolenorum septem, Cathedralicum solvendum esse censuit juxta solutum. (8. Quantitas enim Cathedralici debet semper taxari juxta morem Regionis rationabilem. Barbosa *Juris Ecclesiast. lib. 3. c. 20. n. 11.* Tondut. *quæst. Benefic. tom. 1.*

statutum est. — 36-37. Quantitas Cathedralici. — 38-40. Tempus præstationis Cathedralici. — 41. Consuetudo etiam immemorabilis eximere haud potest a præstatione Cathedralici.

p. 2. cap. 2. § 1 num. 6. Monacell. par. 2. tit. 14 formul. 1. n. 8. et expresse Sac. Congr. Conc. in *Satrianen.* 13 Februar. 1695. (9. Et si mos non adsit, a viciniore Cathedralica, vel Provincia erit desumenda; et juxta valorem, et æstimationem solidi antiqui, ut supra dictum est n. 5. et declaravit Sac. Congr. Conc. in *Albenganensi* 3. Decemb. 1644. in resp. ad secundum; Monacell. l. c.

(10. Cathedralicum est de Juribus Episcopalibus, et adeo privilegiatum, ut in totum præscribi non possit. Archidiacon. et Joann. Andreas in cap. 1. de Præbend. in 6. Abbas in cap. *Cum venerabilis*, num. 3. de censibus, et cons. 99. vers. Videtur primo, in fine lib. 1. et cons. 7. num. 4. vers. sed quamquam lib. 4. Piasec. in praxi. p. 2. art. 2. de statut. ab Episcopo faciend. num. 13. Fagn. in d. cap. *Conquerente* num. 49. de Offic. Ordinar. (11. Et licet videretur, quod per immemorabilem consuetudinem posset præscribi juxta declarationem olim emanatam a Congregat. Conc. 3 Decemb. 1645. in una *Albinganensi*, ubi Episcopus cum Clero ejusdem Civitatis supplicavit pro declaratione infrascriptorum Dubiorum:

Primo: An modernus Episcopus, qui nunquam adhuc exegit Cathedralicum, possit pro præterito tempore, et in futurum exigere?

Secundo: In qua quantitate, et qualitate Monetæ possit illud exigere?

Tertio: An a toto Clero, an vero a Beneficiatis tantum sit faciendæ exactio? Sacra, etc. Ad dubia superscripta respondit ut sequitur, videlicet:

Ad primum: Si Cathedralicum Episcopis Antecessoribus aliquando fuerit solutum, posse per modernum Episcopum exigi.

Ad secundum: Exigi tantum posse duos solidos juxta Juris communis dispositionem, et in Moneta antiqua juxta illius æstimationem non concurrente contraria consuetudine.

Ad tertium: Exactionem non esse faciendam a toto Clero, sed tantum ab Ecclesiis, Capellis, et Beneficiatis, si ad eorum favorem non concurrat privilegium exemptionis, vel immemorabilis.

(12. Nihilominus cum Episcopus Lavellensis in Synodo, Cathedralicum in præteritum non solutum ab Ecclesiis sibi subjectis, nec non a Clero in futurum solvi debere statuisset, et Capitulum, et Clerus reclamando, hanc resolutionem opponerent; et nunquam ab immemorabili solvisse assererent; eadem Congregatio, ad quam causa erat devoluta sub die 18. Aprilis 1693. rescripsit: *Examinetur formiter Albinganensis* 3 Decemb. 1644. ad tertium dubium. (13. Unde reposita deinde causa in plena Congregatione sub Dubio: An Cathedralicum Episcopo debeatur? respondit: Deberi ad formam Juris ab Ecclesiis, et Beneficiatis tantum. (14. Et quod Cathedralicum solvi debeat Episcopo,

non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili, iterum declaravit Sac. Congregat. Concil. in eadem *Amalphytana* 26. Febr. 1707.

(15. Cathedralicum non est sublatum a Concilio Tridentino; non tamen solvi debet in Visitatione, sed extra, et in Synodi celebratione; sic decrevisse Sacram Congregationem Concil. refert Fagnan. in cap. *Venerabili* 24. de Censibus num. 16. ubi dicit, quod Episcopo Tarantino quærenti an Concilium cap. 2. sess. 24. vers. *Interimque*, censeatur sustulisse Cathedralicum, quod singulis annis tam in visitatione, quam extra exigi consuevit ab Ordinario; Sac. Congregatio respondit: *Concilium nequaquam sustulisse Cathedralicum; sed illud non solvendum in Visitatione, sed extra, et in Synodi celebratione*; et late probat ipse Fagnan. in cap. *Cum olim* 16. de Officio Ordinar. a n. 48. usque ad 60. (16. Ad Cathedralicum solvendum tenentur de Jure omnes Ecclesiæ Sæculares. Barbosa de Offic. et potest. Episcop. allegat. 86. a num. 40. Vallens. lib. 3. tit. 39. de Censib. num. 2. Engel. *ibid.* n. 6. Pirhing. *ibid.* n. 40. cum communi, et certaliorum, argum. cap. *Conquerente* 16. de Offic. Ordinar. et ibi Glossa vers. duos solidos, cap. *Pastoralis* 7. de donation. c. *Placuit* 1. cap. *Illud te* 4. cap. *Inter cætera* 8. et cap. *Illud magnitudinem* 10. caus. 10. qu. 3. et ratio est, quia, ut diximus *supr.* n. 2. Cathedralicum datur in signum subjectionis, a qua nulla Ecclesia immunis esse debet, ne Acephala sit; cap. *Nulla ratione* 7. dict. 93. quapropter, et si aliqua Ecclesia plena libertate gaudeat, tamen ad Cathedralicum obligatur, ut notat Glossa in cap. *Pastoralis* 7. de donationibus, et ibi Innocentius, et Abbas, qui etiam docent nec posse Episcopum aliquam Ecclesiam liberare a Cathedralico. (17. Hoc autem intelligendum est de Ecclesiis, et Clericis intulatis, et Beneficiatis, a quibus solummodo potest exigi Cathedralicum. (18. Non autem potest exigi a Clericis, seu Presbyteris non Beneficiatis, etiamsi in præteritum solvissent, ut respondit Sac. Congr. Episcoporum. contra *Archiepiscopum Compsanum* 15. Januar. 1694. qui vigore soliti exigere prætendebat a simplicibus Sacerdotibus annuatim Jure Cathedralici Julios quatuor. (19. Solvi tamen debet a Seminario pro Beneficiis unitis, ut declaravit Sac. Congregat. Conc. 21. Maii 1644. in *Cathacen.* lib. 17. decret. pag. 409. (20. Regulares vero non tenentur solvere Cathedralicum pro Monasteriis, et eorum Ecclesiis Regularibus, ubi ipsi resident, et quæ Monasterii ipsorum contigue, seu immediate penes ipsa existunt, textu expresso in cap. *Inter cætera* 8. caus. 10. qu. 3. ibi: *Monasteriorum tamen Basilicis ab hac solutionis pensione exemptis*. Et sic tenent Engel. lib. 3. *Decretal. tit. 49. num. 6.* Barbosa l. 3. *Juris Ecclesiast. univ. cap. 20. n. 11.* cum communi aliorum. Et ratio est, quia a Lege Diocesana (vi cujus competit episcopo potestas exigendi Jura Episcopalia) sunt exempta. Barbosa *loc. cit.* Fagnan. *loc. cit.* num. 44. et

communis aliorum; arg. cap. *Cum pro utilitate* 34. caus. 16. quæst. 1. et cap. *Quam sit* 5. caus. 18. quæst. 2. et cap. 1. de statu *Monachor.* (21. Pro Ecclesiis tamen Beneficiis, Capellis, et Parochiis Sæcularibus, quibus Regulares præsent, Cathedralicum solvere Episcopo tenentur, etiamsi Monasteriis, aut eorum Ecclesiis pleno Jure sint incorporatæ. Fagnan. in dict. cap. *Conquerente* 16. de Offic. Ordinar. n. 10. et 43. Abbas *ibidem*. n. 1. Ancharanus *ibidem* n. 5. Et Glossa communiter recepta in cap. *Inter cætera* 8. caus. 10. quæst. 3. ubi docet, quamvis a Cathedralico exempta sint Monasteria, et Basilicæ Regularium, non tamen eorumdem Capellæ, id est Ecclesiæ, Beneficia et Parochiæ Sæculares eis incorporatæ. (22. Et ratio differentiarum est, quia Ecclesiæ et Monasteria Regularium exempta sunt a Lege Diocesana, ut in d. cap. *Inter cætera* 8. caus. 10. qu. 3. In cap. *cum pro utilitate* 34. caus. 16. qu. 1. cap. *Quam sit* 5. caus. 10. qu. 2. Non sic autem Ecclesiæ, Beneficia, et Parochiæ Sæculares, Monasteriis, et Ecclesiis Regularium incorporate, et unitæ, quia istæ nullibi reperuntur exemptæ a Lege Diocesana, sed potius eisdem positive subjectæ; cap. de *Monachis* 12. de Præbend. cap. *ex part.* 3. et cap. *ad audientiam* 4. de Capellis *Monachor.* cum similibus, et notat Glossa in dict. cap. *Inter cætera*, in verb. *solutiones*, Hostiens. in d. c. *Conquerente* n. 12. et Fagnan. *ibidem* num. 43. (23. Sacra tamen Congregatio Concilii decrevit ad Cathedralici, et Synodatici solutionem non teneri, neque compelli posse Fratres S. Joannis Hierosolymitani, sive eorum Vicarios in Parochialibus Religioni prædictæ unitis. Sic ipsa Sac. Congregat. in *Augustana* 4. Decembris 1630. et referunt Sellius in *select. Canon. cap. 10. n. 20.* Barbosa *Sum. Apostolicar. dec. collect.* 137. n. 4.

(24. Ad complementum juvat hic adducere id quod de Cathedralico fuit novissime in Concilio Romano celebrato anno 1725. a Bened. XIII. sancitum; in capite quarto igitur tituli 8. ejusdem Concilii sic expresse habetur.

Cathedralicum Episcopis solvendum declaratur.

Ipsa communi Jure (cap. *Placuit* 1. cap. *Illud* 4. cap. *Illud magnitudinem tuam* 10. caus. 10. quæst. 3. et cap. *Conquerente* 16. de Offic. Ordinar.) est cautum, ut Episcopis Cathedralicum a Clericis debeatur, quod est duorum solidorum, viginti scilicet Juliorum Censu Cathedralis Ecclesiæ solvendus in signum honoris, et subjectionis Cathedræ Pontificali. Jus sane inter cætera Episcopalia ita privilegiatum, ut neque ab Episcopis in totum remitti, nec a quoquam valeat quocumque titulo, vel immemorabili consuetudine præscribi. Quod si forte aliquid sub alio, vel fixorum munerum, vel xeniorum nomine offeratur, decernimus, ut ab Episcopis, tanquam qui non præmium, sed honorem postulant, munera, et xenia recusentur hujusmodi; et Cathedralicum dumtaxat,

summam non excedens prædictam ab ecclesiis (non tamen Regularium) et a Beneficiatis sibi subjectis tali etiam volumus moderatione exigatur, videlicet :

I. Quibus sunt redditus infra scuta decem (idem de Ducatis monetæ Neapolitanæ intelligatur) duo Julii.

II. Quibus scuta infra quinquaginta, Julii quinque.

III. Quibus infra centum, Julii decem.

IV. Quibus ultra centum, vel quacumque in alia majori summa, Julii quindecim.

V. Ab Ecclesiis vero, ubi plures de massa participant, ab omnibus in communi, Julii viginti, salvo tamen Consuetudinibus, Ecclesiis, et Episcopis magis favorabilibus.

(25. Addenda sunt ad rem sequentia decreta relata in Thesuro Resolution. tom. 6. in *Firmana Cathedralici*, ibi: In congregatione particulari super Cathedralicis pridem a Sanctissimo D. N. deputata quatuor ad instantiam Promotoris Fiscalis Curie Archiepiscopalis Firmanæ die 29. Aprilis 1731. contra Collegiatam Murri Vallis propositis Dubiis nimirum: « I. An Beneficia, quæ sunt ad collationem Capituli Firmani præter solutionem census, quam ei facere solent, teneantur etiam solvere Cathedralicum Reverendis. Archiepiscopo? II. An Capellæ, et Confraternitates Laicales teneantur solvere Cathedralicum? III. An Cathedralicum jam in certa summa taxatum, et solvi consuetum potuerit augeri? IV. An augmentum hæctenus exactum veniat restituendum? » Responsum fuit: « Ad I. Affirmative. Ad II. Capellanas, et Confraternitates Laicales non teneri. Ad III. Negative. Ad IV. Affirmative. »

(26. Totidemque pariter propositis contra Collegiatam S. Elpidii, scilicet: « I. An Capitulares, et Beneficiati Sancti Elpidii, quatenus habeant Præbendas distinctas a Massa communi, teneantur solvere Cathedralicum pro qualibet eorum Præbenda ultra Cathedralicum in communi? II. An antiqua, seu potius nova taxa Cathedralici, etiam quoad Beneficia extra gremium dictæ collegiæ, et Loca Pia dictæ Terræ, sit exsequenda? III. An Beneficia, et Loca Pia de præterito non taxata pro Cathedralico teneantur in posterum illud solvere, et ad cujus taxæ rationem? IV. An constet de attentatis? » prodiit Rescriptum: « Ad I. Negative. Ad II. Antiquam Taxam esse servandam. Ad III. Ad mentem, quæ fuit, ut servetur dispositio Concilii Romani. Ad IV. Negative; » ac deinde reposita Causa, die 5. Octobris ejusdem Anni, responsum fuit: « In Decisis in omnibus, et amplius. »

(27. Et in dicta *Firmana Cathedralici* ad tria sequentia dubia « I. An Beneficia, quorum redditus non excedunt annua scuta 15. deductis oneribus teneantur solvere Cathedralicum, et in qua summa, in casu, etc.? II. An Confraternitates erectæ auctoritate ordinaria, et habentes propriam Ecclesiam teneantur solvere Cathedralicum, in casu etc.? III. An ad solutionem Cathedralici teneantur etiam Confraternitates non habentes propriam Ecclesiam, sed simplicem tantum

Capellam in honorem Sanctorum, sub quorum titulo sunt erectæ in casu, etc.? responsum fuit: Ad primum, et secundum *Affirmative*: Ad tertium *Negative, et amplius.* »

(28. « In *Viterbien. Cathedralici*, propositis duobus sequentibus dubiis: I. *An sustinenda sit provisio Præbendæ Pænitentiarie facta ab Ordinario?* Et quatenus negative: II. *An dicta Præbenda Pænitentiarie sit conferenda Sigismundo Malatesta in casu, etc.* Sac. Congreg. Concil. 7. Aprilis 1742. respondit, Ad I. *Negative ad primam partem, et Affirmative ad secundam.* Ad II. *Satis provisum in primo.* Sic apud thesaurum tom. X. in dicta *Viterbien. Cathedralici.* » etc.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(29. Primis Ecclesiæ sæculis Cathedralici præstatio consuetudini potius quam legi innitebatur. (30. Synodus Bracharensis prima omnium jussit ut Cathedralicum Episcopo præstaretur; *Can. Placuit 10. qu. 3.* (31. Hæc ipsa præstatio præscripta deinde fuit in tota Ecclesia ab Honorio III. in cap. *Conquerente, de Offic. Ordinarii.*

(32. Ex decreto vero Synodi Bracharensis Capitula dumtaxat, et Ecclesiæ Parochiales Cathedralicum solvere tenebantur. (33. Hæc autem restricta Cathedralici solutio (inquit *Rota* coram Tanario decis. 228. n. 6 et 7.) non alia ratione processit, nisi quia ex tunc ab Episcopis construi permittentur Ecclesiæ dumtaxat Parochiales, in quibus Sacramenta Christianifidelibus ministrarentur. (34. Quum autem post datam Ecclesiæ pacem plures in dies temporisque progressu ab hominum pietate ædificatæ, atque dotatæ fuerint Ecclesiæ, et respective fundata Beneficia; (35. hinc per viam Legis universalis statutum fuit ab Honorio III. in cap. *Conquerente, de Offic. Ordinarii.* ut Cathedralicum esset omnino solvendum tam a Capitulis, et Parochialibus Ecclesiis, quam ab omnibus aliis quibuscumque Capellis, et Beneficiis Ecclesiasticis. »

(36. Præstatio autem Cathedralici statuta a jure est in duobus solidis, nulla habita ratione majoris, vel minoris opulentie Ecclesiæ. (37. An autem consuetudo vim habere possit quoad quantitatem Cathedralici sive augendam, sive minuendam, vide apud Rotam coram Tanar. impress. Romæ Tom. 2. apud *Barbiellini d. dec. 234. n. 43.*

(38. Tempus vero non est præstitutum præstationi Cathedralici. (39. Licet enim ut plurimum præstari soleat in synodo, tamen consuetudine vel conventionem partium potest alio tempore præstari. (40. Et, quod summopere notandum est, debet præstari in illis etiam annis, in quibus non celebretur Synodus. Sac. Congregatio Concilii interpret in *Cassanen. Cathedralici* 21. Maii 1735. ad 1 et 2. *dub. et rursus in Perusina Cathedralici* 19. Novembris ejusdem anni 1735 ad secund. *dub.*

(41. Consuetudinem etiam immemorabilem eximere haud posse a præstatione Cathedralici firmavit *Rota coram dict. Tanar. decis. 238. num. 46.*

CAUPO.

Vide verb. TABERNA, TABERNARI PER TOT. et verb. CLERICUS, art. 5. a num. 10 ad 14.

CAUSÆ.

SUMMARIUM.

1. Causæ omnes tam civiles quam criminales in prima instantia ab Ordinariis sunt cognoscendæ. — 2. Si pendentibus Causis in prima instantia impetrentur citationes in signatura justitiæ, hæc non valent ad retardandam executionem processuum. — 3. In Causis ultra montes monitoria expelli prohibentur in curia absque speciali iudicis rescripto. — 4. Causarum commissiones ad partes iudicibus synodalibus dumtaxat sunt dirigendæ. — 5. Causæ de partibus non attingentes valorem centum scutorum retineri nequeunt in curia. — 6. Causæ jam contestatæ, et introductæ in partibus, si deferantur ad A. C. quomodo reassumi debeant. — 7. Causæ infra valorem 55 scut. iudicari possunt a Cardinali Vicario urbis, et a gubernatore. — 8. Causæ quæcumque per commissionem manu Pontificis signatam, cuilibet iudici, tribunalis, aut Congregationi committi possunt. — 9. 11. Causæ rotales quæcumque sint. — 12. 16. Causæ minus graves, seu prælatiæ. — 17. 18. Causæ ad forum Capitolinum spectantes nunquam ab illius curia avocari poterunt, nisi de partium consensu. — 19. Causa ad capitoli curiam pertinens tam rotæ quam alteri cuiumque iudici committi valet. — 20. Excipiuntur Causæ matrimoniales, et super nullitate professionum regularium. — 21. Causæ matrimoniales ad auditorium rotæ, vel ad S. Congregationem Conc. sunt deferendæ. — 22. 24. Causæ super nullitate professionis regularis a quo cognoscendæ. — 25. 26. Causæ nullitatis professionis monialium a quo iudicari debeant. — 27. Causæ nullitatis professionis ex capite non expleti novitiatus in cœnobio ad institutionem novitorum designato private spectant ad Congregationem Concilii. — 28. Causæ super nullitate professionis post primam instantiam deferuntur ad iudices, ad quos de jure appellatio interponitur. —

(1. Causæ omnes tam civiles quam criminales exemptarum personarum in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat agnoscendæ sunt, Causis privilegiatis exceptis, neque committi possunt etiam Auditori Camere Apostolicæ, nisi per viam legitimæ appellationis. (2. Si autem pendentibus Causis in prima instantia impetrentur citationes in signatura justitiæ, hæc quidem valent ad comparandum, vel ad audeandum Signaturam, non vero ad retardandam executionem processuum ad ulteriora. (3. In Causis autem ultra montes, etiam privilegiatis, monitoria expediti prohibentur in Curia absque speciali Iudicis Rescripto. *Benedic. XIV. tom. 1. Constit. 48. incip. Ad Militantis §. 22. et sequ.*

(4. Causarum commissiones ad partes iudicibus Synodalibus dumtaxat sunt dirigendæ. Idem §. 6. (5. Causæ de partibus non attingentes valorem centum scutorum, et non privilegiatæ, retineri nequeunt in Curia; sed subdelegandus est Iudex cum soluta clausula: *Ad effectum cognoscendi de gravamine pro admissione, vel denegatione recursus, etc.* Idem *Constit. 115. incip. Romanæ Curie §. 12.* (6. Causæ jam contestatæ, et introductæ in partibus, si ob privilegium variandi forum deferantur ad A. C. reassumi debent in statu, et terminis, relictis sumptibus, et transportatis actis expensis illius

29. Causæ nullitatis etiam intra quinquennium promotæ, si devolvantur ad S. Sedem, a quonam iudicari debeant. — 30. 31. Causæ nullitatis professionis in gradu restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii a S. Sede tantum cognosci possunt. — 32. Quandoque vero ex Apostolicæ Sedis dispensatione ordinariis, et aliis superioribus committuntur. — 33. Causas spirituales avocantes a iudicibus Ecclesiasticis excommunicantur. — 34. Causæ beneficiales habent appellationem suspensivam ab eo interpositam, qui in prima instantia succubuit. — 35. Causæ omnes in quibus ecclesiastici tamquam rei conveniuntur, semper cognoscendæ sunt in foro ecclesiastico. — 36. Si clericus laicum convenerit pro repetendis rebus Ecclesiæ suæ, a quo iudice cognosci debeat Causa. — 37. Causa quid sit; et in quo differat a lite et a questione. — 38. Causæ dividuntur in civiles, criminales, et spirituales. — 39. Causarum spiritualium cognitio ad quem spectet. — 40. Causæ majores Sedi Apostolicæ reservantur. — 41. Præcipuæ earum enumerantur. — 42. Gallorum contentiones circa reservationem Causarum majorum. — 43. Cardinalium Causæ a Pontifice cognosci debent. — 44. Causas criminales Vicarius expedire nequit, nisi specialiter ei commissæ fuerint. — 45. Quibus in Causis matrimonialibus capitulum, sede vacante, procedere possit. — 46. Episcopo inferior ex delegatione Causarum matrimonialium cognitionem habere potest. — 47. Causæ ecclesiasticæ, si coram ordinariis infra biennium non terminentur, liberum est partibus iudices superiores adire. — 48. In Causa denegatæ, vel protractæ justitiæ Archiepiscopus supplet negligentiam Episcopi. — 49. Omnes Causæ generaliter loquendo delegari possunt. — 50. Causas matrimoniales, quæ spectant ad Episcopum jure ordinario, ipse committere potest decidendas doctoribus, qui non sunt ejus Vicarii.

qui variare voluerit. Idem *ibid.* §. 6. (7. Causæ infra valorem scut. 25. et mercedis iudicari possunt a Cardinali Vicario Urbis, et a Gubernatore contra quoscumque, etiamsi adsit obligatio Cameralis. Idem *ibid.* §. 24.

(8. Causæ quæcumque per commissionem manu Pontificis signatam, cuilibet Iudici, Tribunali, aut Congregationi committi possunt. Idem tom. 2. *Const. 51. incip. Justitiæ et Pacis.* (9. Causæ Rotales a prælatiis distinguuntur; Causæ enim graviore, et consequenter Rotales sunt illæ in quibus agitur de jurisdictionibus, Juribus Patronatus, etc. Et generaliter quoties earum valor citra montes ascendit ad scuta auri quingenta, ultra montes autem ad scuta mille hujusmodi Idem, *ibid.* (10. Item Causæ Beneficiales, in quibus agitur de Titulo Beneficii, et Pensionum, quorum redditus excedat summam 24 ducatorum de Camera; vel si agatur de prima Dignitate in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis. Idem, *ibid.* (11. Et Causæ Matrimoniales, tam super fœdere, Matrimonii quam super divortio. Necnon super nullitate Professionis Regularis. Idem, *ibid.* (12. Causæ minus graves, adeoque Prælatiæ, censentur illæ pecuniariæ, citramontanæ, quæ summam quingentorum scutorum aureorum; ultramontanæ vero, quæ mille scutorum aureorum similium æstimationem